Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



posuit eum. Et ite dicite discipulis eius et pe-
tro quia praecedet vos in galileam ibi eum videbi-
tis sicut dixit vobis. Ps. Exultate iusti in domino
In diebus illis. Stans petrus in medio plebis
dixit. Viri fratres vos scitis quod factum est verbum per
universam iudeam incipiens a galilea post bap-
tismum quod praedicavit iohannes ihesum a nazareth quo
modo unxit eum deus spiritu sancto et virtute qui
pertransiuit bene faciendo et sanando omnes
oppressos a diabolo quoniam deus erat cum illo et nos
testes sumus omnium quae fecit in regione iudeorum
et in hierusalem. Quem occiderunt suspendentes in ligno.
Hunc deus suscitavit tertia die et dedit eum ma-
nifestum fieri non omni populo sed testibus praeordina-
tis ab deo nobis qui manducavimus et bibimus cum
illo postquam resurrexit a mortuis. Et praecepit
nobis praedicare populo et testificari quia ipse est qui
iustitutus est a deo iudex vivorum et mortuorum Huic
omnes prophetae testimonium perhibent remissio-
nem peccatorum accipere per nomen eius omnis qui cre-
dunt in eum. Secundum Lucam
In illo tempore. Euntes duo ex discipulis ihesu.
ibant ipsa die in castellum quod erat in spacio sta-
diorum sexaginta ab hierusalem nomine emaus Et